



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Triapostolatus Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

II. Ad Nicolaum Danorum Regem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

clesiastica seculariſue perſonæ hanc noſtræ confirmationis paginam violare tentauerit, ſecundò tertioſue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorifque ſui dignitate careat, ream ſe diuino iudicio exiſtere de perpetua iniquitate recognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat: Cunctis autem hæc ſtatuta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti. Data Romæ apud montem Auentinum per manum Almerici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi, Cardinalis, Cancellarij, VI. Kalend. Iunij, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus verò Domni Innocentij Papæ II. anno QVART.

## II.

*Ad Nicolaum Danorum Regem.*

**I**nnoceſtius Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, delecto in Chriſto Filio Nicolao, Illuſtri Danorum Regi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Prædeceſſores noſtri feliciſ memorix, Gregorius, Sergius, Nicolaus, Benedictus, & Adrianus, Romani Pontifices, Hammenburgenſem Eccleſiam Metropolim ſtatuerunt, & ei tam Lundenſequam alios Epiſcopatus Daciæ ſubdiderunt. Cæterum Frater noſter D. Hammenburgenſis Ar-

chi Episcopus, tam prædecessorum nostro-  
rum tempore, quàm nostro questus est, quòd  
earundem Ecclesiarum Episcopi debitam si-  
bi obedientiam ac reuerentiam exhibere con-  
temnant. Pro quo nimirum, cum à prædi-  
ctis prædecessoribus nostris, Calixto & Ho-  
norio, atque à nobis, sit eis per scripta man-  
datum, vt ad Sedem Apostolicam venirent  
responsuri super hac causâ, nec venerunt,  
nec responsales miserunt. Nos itaque vni-  
cuique suam iustitiam volentes conseruare,  
communicato Fratrum nostrorum consilio,  
præfato Fratri nostro D. Archi-Episcopo,  
quemadmodum in antiquis priuilegijs præ-  
nominatorum, Sergij, Gregorij, Leonis, Be-  
nedicti, Nicolai, & Adriani, Romanorum  
Pontificum continetur, tam Lundensem quàm  
alios Episcopos Daciæ restitimus. Tuæ ita-  
que prudentiæ per Apostolica scripta rogan-  
do mandamus, quatinus eidem Fratri no-  
stro D. Archi-Episcopo, tanquam Metro-  
politano tuo, humiliter pareas, & vt Episco-  
pi tui Regni ad obedientiam redeant, dili-  
gentiùs satagas adimplere. R. Data apud  
montem Auerninum VI. Kal Junij.

III.

*Ad Acerum Lundinensem Episcopum.*

*Hæc Episto-  
nfr. in No-  
u num. 34.  
opieclura*

**I**nnocentius Episcopus Seruus Seruorum  
Dei ----- Salutem &  
Apostolicam benedictionem. Quemadmo-  
dum